



Figura motus octave spere
secundum Thebith descripta
Equinoctialis
Ecliptica fixa
Ecliptica
Equinoctialis

Theorica trium superiorum





Item Theorica planetarum [illegible] astrologie supponit ut apparet [illegible] ... tractatus de motibus planetarum [illegible] ... Subiectum autem in hac scientia est corpus celeste et eius motus [illegible] ... Causa efficiens fuit magister Gerhardus [illegible] ... libri titulus Incipit Theorica planetarum [illegible]

Hic magister primo determinat de eccentrico [illegible]

Circulus eccentricus dicitur vel egresse cuspidis vel egredientis centri qui non habet centrum suum cum centro terre seu mundi. Punctus eccentrici qui maxime removetur a mundi centro dicitur aux vel longitudo longior. Oppositus vero qui maxime propinquat ad ipsum dicitur oppositum augis vel longitudo propior. Duo vero loca inter augem et oppositum augis dicuntur longitudines medie. Movetur autem sol proprio motu ab occidente in orientem in suo circulo eccentrico quolibet die naturali 59 minutis 8 2is equaliter semper. Mundus vero totaliter ab oriente in occidentem equaliter. Quare ergo sol moveatur inequaliter in orbe signorum. Medius motus solis dicitur arcus zodiaci cadens inter lineam exeuntem a centro mundi ad locum arietis et lineam exeuntem ab eodem centro ad firmamentum, lineam dico equidistantem linee exeunti a centro eccentrici per centrum solis. Verus motus solis est arcus zodiaci cadens inter caput arietis et lineam exeuntem a centro terre per centrum corporis solaris. Equatio solis dicitur arcus zodiaci inter medium motum solis et verum. Equatio nulla est sole existente in auge vel opposito augis. Sole vero existente in longitudinibus mediis maxima est. Argumentum solis est arcus zodiaci cadens inter augem et lineam terminantem medium motum. Aux solis in 2a significatione dicitur arcus zodiaci cadens inter caput arietis et lineam que transit per augem eccentrici in zodiaco, scilicet qui incipit ab auge usque ad oppositum augis. In una autem medietate celi est maior medius motus quam verus, quare tunc equatio solis est subtrahenda; in alia autem minor, quare addenda. Invenire autem medium motum solis est invenire quendam arcum zodiaci qui sic se habet ad totum zodiacum quemadmodum arcus eccentrici pertransitus a sole se habet

Sequitur [illegible] determinat de [illegible] ... de longitudinibus [illegible]

Hic determinat de [illegible] motus solis in suo eccentrico [illegible]

Ponit [illegible] motus solis [illegible]


Ponit modum inveniendi medium motum solis

linea ostendens verum motum solis

linea ostendens argumentum solis

linea ostendens medium motum solis





Luna habet orbes quinque et unam sperulam. Primo enim habet tres orbes sicut sol secundum differentias difformes, scilicet duos extremos qui vocantur orbes augis eccentrici lune difformes, et tertium eccentricum simpliciter in horum medio locatum qui deferens epiciclum appellatur. Deinde habet orbem unum eccentricum [illegible] alios ambientem qui deferens caput draconis dicitur. Et ultimo sperulam que vocatur epiciclus in profunditate orbis tertii immersam, in qua quidem epiciclo corpus lunare figitur.

ad totum eccentricum. Et hic inveniuntur per lineam eque distantem ut in figura.

Postquam autor in parte precedenti exposuit ista que supponuntur in tabulis ad habendum verum motum solis, in ista parte intendit exponere que supponuntur in tabulis ad habendum verum motum lune.

Ponit diffinitionem eccentrici solis et eccentrici lune.

Epiciclus sive orbis revolutionis lune corporis est circulus brevior. Dicitur ille cuius centrum epicicli movetur super circumferentiam eccentrici circuli ab occidente in orientem. Eccentrici solis, scilicet per solem, deferentis in motu est quemadmodum octave spere, secundum motum augis fere equaliter. Eccentrici lune motus quolibet die ab oriente in occidentem 11 gradus fere. Et centrum eccentrici describit quendam circulum parvum circa centrum mundi. Et centrum epicicli circuli brevis movetur 13 gradibus fere in die ab occidente in orientem. Et centrum solis movetur fere uno gradu in die contra firmamentum. Unde patet quod si centrum solis et aux eccentrici lune et centrum epicicli simul lune fuerint in aliqua hora in aliquo loco pariter, in sequenti die distabit sol ab eodem loco uno gradu versus orientem et aux eccentrici undecim gradibus versus occidentem, centrum epicicli lune per 13 gradus versus orientem et tunc sol erit in medio inter augem et centrum epicicli. Quare semper duplicatur solis distantia a centro epicicli, circuli brevis, lune, scilicet distantia inter augem et epiciclum lune. Et hec, scilicet predicta, distantia dicitur centrum lune vel duplex intervallum sive duplex longitudo. Ex hoc manifestum quod ista tria puncta predicta aut sunt in eodem loco aut sol directe in medio eorum est vel in opposito eorum. Patet etiam quod centrum epicicli lune bis pertransit in mense lunari eccentricum eius in coniunctione media cum sole in auge et in oppositione solis media. In quadraturis vero est in longitudine propiori.

Premissis mediis sequitur secundum intentionem dividitur in duas partes: in prima ponit ista quorum cognitio dependet ex aliis supra positis ad cursus solis; in secunda ponit ista quorum cognitio dependet ex cursibus lune, ibi: Centrum.

Premisit primo quedam ex quorum cognitione dependet illud quod supponitur in tabulis, scilicet illud quod dicitur duplicata solis distantia a centro, ibi: Quare.

Hic adducit quedam correlaria ex hiis que premisit.

In hac parte adducit aliud quod supponitur.


Hic autor ponit incidenter aliquod quod licet autor locutus fuit de motu centri epicicli, in differentia vero ad motum lune in epiciclo, ideo quod incidentaliter loquitur de ipso dicens.

Luna vero movetur in circumferentia sui epicicli et cum est in superiori parte movetur in die 13 gradibus ab oriente in occidentem. Quare tunc est tarda in motu suo. Et in inferiori parte epicicli movetur ab occidente in orientem. Cum autem movetur duobus motibus ab occidente


scz motu ecentrici et motu epicicli. Quare tunc est velox
Et alii planete faciunt etc. // Sic autem sol mouetur super
centrum ecentrici sui equaliter ita et centrum epicicli lune
equaliter mouetur super centro mundi // Medius motus lune est
arcus incipiens ab ariete delatus secundum successionem signorum
nei · thau etc Et trahitur in linea exeunte a centro
mundi per centrum epicicli lune // Verus motus lune trahitur
per lineam exeuntem a centro mundi per centrum corporis lune usque
ad firmamentum // Aux media in epicicli dicitur punctus
terminans lineam exeuntem a quodam puncto opposito centro
ecentrici lune quod tantum distat a centro terre quantum centrum
ecentrici lune exiens dico per centrum epicicli ad superiorem
partem epicicli // Aux autem vera dicitur punctus epicicli quem
terminat linea exeuntem a centro mundi per centrum epicicli ad
superiore partem epicicli // Equacio centri est arcus parvus
epicicli iacens inter augem veram et mediam // Medium
argumentum lune dicitur arcus epicicli iacens inter augem me
diam et centrum lune consideratus secundum motum lune in epi
ciclo // Argumentum verum dicitur arcus epicicli lune iacens
inter augem veram et centrum corporis lune Centro vero epicicli existente
in auge quod est in coniunctione et oppositione media · et existente
in opposito augis quod est in quadraturis lune ad solem tunc
nulla est equacio centri quia aux vera et media eadem
sunt // Equacio argumenti lune dicitur arcus zodiaci iacens
inter medium motum lune et verum Que equacio nulla
est centro epicicli existente in auge vel opposito augis ecen
trici et tunc luna existente in longitudine longiori vel
propiori sui epicicli // Maior vero est equacio centro
epicicli existente in longitudinibus propioribus ecentrici et
luna in longitudinibus mediis sui epicicli Et tunc luna
fuerit in medietate epicicli que respicit orientem a
dextris maior est medius motus quam verus Quare tunc
equacio argumenti subtrahe a ... in reliqua vero
medietate contingit econuerso // Et item quam maior est

[illegible: marginal gloss at top of page, several lines in small cursive hand, beginning "Item secundo equatio argumenti variatur penes distanciam centri epicicli ab auge …"]

equatio argumenti sit centro epicicli existente in opposito augis ecentrici quam in auge. Et dicta que est inter has equationes centro epicicli existente in auge vel in opposito augis dicitur equatio diversitatis dyametri circuli brevis. Equationes argumenti que scribuntur in tabulis sunt scripte ac si semper esset centrum epicicli in auge ecentrici. Centro epicicli existente in aliis locis ecentrici quam in auge ecentrici proportionaliter crescunt equationes argumenti vel decrescunt secundum quod centrum epicicli accedit vel recedit ad centrum terre. Et ista argumenta equationum sumuntur per minuta proportionalia. Que minuta proportionalia dicuntur 60me partes linee duple ad lineam existentem inter centrum terre et centrum ecentrici divise in 60 partes. Linea vero que dirigitur a centro terre ad oppositum augis nullam habet de istis. Linea vero dirigitur ad augem habet omnes partes. Alie vero linee que diriguntur ad alia loca ecentrici habent de istis partibus secundum accessum et recessum ab auge et opposito augis quemadmodum apparet in figura hic sequenti.



Nota quod ecentricus lune deviat vel declinat duabus partibus a via vel zona solis zodiaci in septentrione et meridie et intersecat ecentricum solis in duobus locis oppositis. Et iste intersectiones dicuntur caput vel cauda draconis. Et dicitur caput intersectio in qua luna incipit declinare ad septentrionem vel aquilonem. Et cauda dicitur in qua luna declinat versus meridiem. Iste intersectiones moventur quotidie ab oriente in occidentem tribus minutis et 11 2is fere per campanum. Et ducit istas intersectiones quidam circulus concentricus mundi existens in celo qui movetur ab oriente in occidentem existens concentricus lune in magnitudine et superficie orbium signorum sive est in zona solis. Et iste motus est dissimilis motui planetarum qui est ab occidente in oriente.



Et ut habeatur similitudo in motibus dicitur caput generaliter tamen recedere in medio motu contrarium quantum in residuo omne cum firmamento. Et propter hoc subtracto medio motu capitis draconis a 12 signis remanet verus locus capitis draconis computatus secundum successionem signorum ultra [illegible]


Sequitur de tribus superioribus planetis. Unde nota quod quilibet superiorum trium planetarum (scilicet saturnus, iupiter et mars) habet duos circulos eccentricos dispositos in eadem superficie plana et immobiles nisi ad motum octave spere et ad motum quotidianum totius ab oriente in occidentem. Et unus eccentricus dicitur deferens per cuius circumferentiam ducitur centrum epicicli ab occidente in orientem. Et alius dicitur ymaginarius circulus equans motum super cuius centrum equaliter movetur centrum epicicli et in equalibus temporibus equales angulos describit. Et tantum centrum deferentis distat a centro mundi in quantum centrum equantis a centro deferentis. Et hii duo circuli eccentrici in una parte celi equaliter elevantur. Et iste eccentricus cuius centrum est propinquius centro terre est deferens, reliquus est equans. Et tantum distat centrum deferentis a centro terre quantum centrum deferentis a centro equantis quia centrum deferentis est in medio. Et illa tria centra sunt in una linea (scilicet equantis eccentrici) tamen eodem [illegible] mundi. Et sic in linea diametri epicicli respicit centrum terre centro epicicli existente in auge sua vel in opposito augis sui deferentis. Et per centrum epicicli existente in aliis locis respicit quoddam punctum oppositum centro eccentrici qui tantum distat a centro mundi quantum centrum eccentrici a centro mundi. Sed similiter in istis tribus planetis diameter epicicli respicit centrum mundi centro epicicli existente in auge vel in opposito augis eccentrici. In aliis locis centro epicicli existente respicit centrum equantis et hoc vocatur respectus. Et luna in superiori parte sui epicicli movetur ab oriente in occidentem

Postquam auctor determinavit superius de que ponere certe tabule [illegible] ad [illegible] motus [illegible] et certe [illegible] hic determinat ... in ista parte ponit [illegible] [illegible] ad [illegible] motus planetarum aliorum et primo exponit de [illegible] dicens

Hic ponit quandam similitudinem epicicli lune ad epiciclos trium superiorum planetarum respectu diametri [illegible]

Item et in inferiori parte equantis isti tres planete mo-
uentur in superiori parte ab occidente in orientem et in
inferiori econtrario. Et semper quando quilibet illorum
trium est coniunctus soli per medium cursum vel motum equalem
tunc equatur erit in superiori parte sui epicicli scilicet in
auge media. In qualibet vero oppositione medii motus
cum sole est in inferiori parte sui epicicli. In quadratu-
ris medius cum sole tunc est in longitudinibus mediis
epicicli. Quare in toto tempore planeta circuit epi-
ciclum in quanto tempore sol redit ad sua quatuor media.
Aux media epicicli dicitur punctus in superiori parte
epicicli que tangit linea exiens a centro equantis
per centrum epicicli. Hec aux non variatur. Aux ve-
ra dicitur punctus qui tangitur in linea exeunte a centro
terre per centrum epicicli. Et hec aux variatur secundum quod
crescit vel decrescit equatio centri in epiciclo.
Equatio centri in epiciclo est arcus epicicli cadens
inter lineas tangentem augem veram et mediam. Equatio-
nis centri in zodiaco est arcus zodiaci cadens inter me-
dium motum epicicli et verum. Et in qua proportione
se habet una equatio ad suum circulum in eadem propor-
tione et reliqua in suo circulo quod patet per [illegible] per
lineam que cadit inter equidistantes lineas et semper
hec accepta in una tabula accipitur et reliqua.
Medius motus cuiuslibet istorum trium planetarum
et epiciclorum est arcus zodiaci cadens inter arietem et line-
am exeuntem a centro terre, lineam dico eque-
distantem linee exeunti a centro equantis per centrum
epicicli. Verus autem motus vel locus epicicli est
arcus orbis signorum cadens inter arietem et li-
neam exeuntem a centro terre per centrum epicicli.
Verus locus planete in celo terminat linea
exiens a centro terre per centrum corporis planete.
Aux vera planetarum in 2a figura dicitur


Declarat illud quod supposuit [illegible]



[illegible marginal notes]

sic in sole arcus zodiaci incipiens ab auge et transiens
per lineam exeuntem a quodam puncto terre supposito
augibus eccentricorum // Centrum vero medium zodiaci
dicitur arcus zodiaci comprehensus inter augem eccentrici et me-
dium motum epicicli Et in sole dicitur argumentum medium
Et in luna dicitur centrum lune medium vel longitudo duplex
vel duplex mensura // Centrum autem verum dicitur arcus
zodiaci comprehensus inter augem eccentrici et verum locum epi-
cicli // Argumentum autem medium dicitur arcus epicicli inter
augem mediam epicicli cadentem et centrum corporis pla-
nete consideratus secundum motum stelle in epiciclo // Ar-
gumentum verum dicitur arcus epicicli cadens inter augem
veram et centrum planete / In luna medium centri subtrahitur
equacio centri in zodiaco a centro medio et hoc ut ha-
beatur centrum verum in zodiaco Et argumentum verum in epiciclo
Et in reliquis medie centri fit econverso et similiter patet
in subscripta figura Et quando centrum epicicli fuerit in
auge vel in opposito nulla sunt equaciones predicte //
Equacio argumenti planete dicitur arcus zodiaci comprehensus
inter verum locum planete et verum locum epicicli
Et manifestum est quanto plus accedit centrum epi-
cicli ad centrum terre ipso argumento eodem existente
et eodem existente tanto plus crescit equacio argumenti
Quare maiores sunt equaciones argumenti centro epicicli
existente in longitudine propinquiori eccentrici quam ipso existente
in longitudinibus mediis tamen sunt maiores equaciones
in longitudinibus mediis quam in auge // Equa-
ciones autem argumenti scripte in tabulis sunt equaciones
ac si semper fuisset centrum epicicli in longitudinibus mediis
equantis Non quod centrum epicicli vadat per me-
dium equantis Sed quia super centrum equantis equaliter Et
Et dicitur esse centrum epicicli in longitudine media equantis
quando dyameter epicicli stat perpendiculariter super
dyametro mundi transeunte per centrum amborum
eccentricorum / Dicere quod sunt in equacionibus in

Nota ista figura de equacione argumenti [illegible]



Et ponit quod equacio argumenti [illegible] notabile [illegible] manifeste


Et ponit quod sunt diversitates dyametri [illegible] in [illegible] ponit quoddam notabile ad suum propositum [illegible] sequitur ibi [illegible]

Et ponit quod sunt diversitates dyametri [illegible] sunt diversitates ad longitudinem longiorem [illegible] sunt diversitates dyametri ad longitudinem propiorem [illegible]

Longitudine media. Et equatio que fuit in auge dicitur duplex dyametri circuli brevis ad longitudinem longiorem. Et dicitur que fuit inter equationem in longitudine media et que fuit in opposito augis dicitur duplex dyametri circuli brevis ad longitudinem propinquiorem. Et iste duplex scribitur in tabulis vero equationis argumentorum // Excessus autem linee protracte a centro terre ad augem equantis ad lineam protractam ab eodem centro ad longitudinem mediam equantis divisa in 60 partes dicuntur minuta proporcionalia ad longitudinem longiorem // Excessus linee protracte ad longitudinem mediam equantis ad lineam protractam ad longitudinem propinquiorem dicuntur minuta proporcionalia ad longitudinem propinquiorem. Quare autem diversitas dyametri ad longitudinem propinquiorem addatur equationi argumenti et ad longitudinem longiorem subtrahatur satis patebit subtiliter advertenti in figura. De facto enim ut dictum est centrum epicicli appropinquat plus centro terre tanto plus maioratur equatio argumenti // ut in figura

De venere et mercurio

Mercurius ij duos ecentricos unius quantitatis in eadem superficie plana dispositos. Et equantis est propior centro terre. Nam in duplo distare centri deferentis a centro equantis. Quantum distat centrum equantis a centro terre. quia quando per circulum transire per ista duo centra ecentricorum. Et super circumferentiam istius circuli movetur quotidie centrum deferentis ab oriente in occidentem. Et tantum quantum sol pertransit in die motu proprio contra firmamentum et dicitur secundum augem. Quare in certo tempore sol pertransit firmamentum tanto etiam tempore augo ecentrici suam peragit circumferentiam. Quare aliquando contingit quod centrum deferentis et centrum



Nota [illegible] sequitur [illegible] duo loca sit

Et ponit quod sint minuta proporcionalia [illegible] ... quare aut

ponit racionem quare diversitas dyametri ad longitudinem propinquiorem addit equationi argumenti et ad longitudinem longiorem subtrahit

Postquam autor in parte precedenti [illegible] ... sequitur

Notificat istos duos centros [illegible] ... deferens

equantis sunt in eodem loco. quare tunc ambo circuli erunt equales. versus oppositum augis et propter ecentricitates in opposito puncto propinquior erit firmamento deferens quam equans. Movetur autem deferens ita ut in equalibus temporibus equales angulos describat super centrum equantis. Equans autem similiter est motus ad motum octave spere. Epiciclus autem Mercurii movetur per circumferentiam ecentrici sui deferentis ab occidente in orientem equaliter respectu centri quantum sol movetur contra firmamentum. Unde patet quod sicut centrum epicicli lune pertransit bis circumferentiam ecentrici sui in mense, ita centrum epicicli mercurii bis pertransit ecentricum suum in anno una vice proprio motu alia vice motu augis. Ille autem epiciclus mercurii quemadmodum aliorum habet duos motus scilicet medium et verum. Medius motus notatur per lineam transeuntem a centro terre equidistantem linee transeunti a centro equantis per centrum epicicli. Et iste motus medius idem est cum medio motu solis. Et quia iste tres linee eque distant scilicet linea exiens a centro ecentrici solis per centrum solis et linea exiens a centro equantis ecentrici mercurii per centrum epicicli sui et linea exiens a centro terre equidistans a duabus predictis. Et cum iste linee equaliter moveantur semper erunt equidistantes aut erunt omnes una in duobus temporibus cum una scilicet eadem linea aut due eadem. Et non oportet propter hoc quod centrum solis et centrum epicicli sint in eodem loco. Et quando linea que exit a centro ecentrici solis per solis centrum simul fuerit eadem cum linea exeunte de centro equantis per centrum epicicli. Verus autem locus vel motus epicicli notatur per lineam exeuntem a centro terre ad centrum epicicli. Movetur autem sicut dictum est.


Manifestat similitudinem motus mercurii quantum ad motum lune etc.

Notificat motum epicicli mercurii quantum ad motum suum

Nota [illegible]

hoc est impossibile quod hic auctor dicat de lineis

Removet quoddam dubium quod posset fieri circa ipsum quod dicit



centrum epicicli et augis excentrici mercurii in contrarias
partes eque mouentur et eque cito ut sol motu medio motu
contra firmamentum. Centrum vero epicicli et augis excentrici
et quolibet puncto excentrici deferentis semper in equali-
bus temporibus equales angulos describit super
centrum equantis. Et eque cito centrum deferentis circa mouetur
in parua circumferentia ut in temporibus equalibus
equales angulos describat in sua parua circum-
ferentia. Unde inequales angulos describit in
equante. Cum igitur quartam sui circuli parui perfecerit
non perfecit quartam partem sui equantis. Ergo ista

Hic autor notificat quandam [illegible] dictis [illegible]


dicta patet quod augis vera deferentis non potest esse
in quolibet puncto equantis. Cum enim linea exiens
a centro terre per centrum deferentis quod ostendit augem de-
ferentis semper cadat in arcu equantis comprehenso a
duabus lineis contingentibus paruum circulum super quem mouetur
centrum deferentis et pertranseuntibus centrum terre. Unde
patet augem deferentis semper versari inter illum arcum
sic comprehensum et nunc accedere nunc recedere ad augem
deferentis respectu augis equantis. Et hoc ab utraque par-
te augis equantis immobilis. Et quia augis deferentis

Soluit quandam apparentem [illegible] dictis possit [illegible] et [illegible]


non potest esse nisi inter eundem predictum, sed puncti deferen-
tis qui modo est augis potest in quolibet puncto equantis vel in
directo eius. Et hoc contingit ratione ista quia augis excen-
trici deferentis mutatur continue. Et cum augis deferen-
tis recedit ab auge equantis versus occidentem tunc
portio illa scilicet equantis et deferentis que est inter augem e-
quantis in successione signorum accedit ad augem equantis.
Et alia portio recedit. Econtrario vero contingit receden-
te auge deferentis ab auge equantis versus orien-
tem. Quotiens vero centrum epicicli mercurii co-
niungitur cum auge deferentis totiens augis deferentis
est in auge equantis. Quare tunc centrum terre centrum

centrum equantis et centrum deferentis et augis sed excentricorum [in loco] — [i linea diametralis] [insit per viam illa alia]
Et opposita augium et centrum epicicli sunt in una dya,
metro mundi. Et quando centrum epicicli mercurii est in
opposito augis deferentis [centri] tunc semper illa scilicet sunt in ea,
dem dyametro Et tunc ambo excentrici sunt circumcen, [scilicet parui circuli]
trici. ¶ Apparet etiam ex dictis quod quamuis centrum
epicicli peragrat suum deferentem bis in anno tamen non
est in auge nisi semel vel in opposito augis [semel]. Cum tunc [sicut anno]
centrum epicicli est in vna medietate sui equantis et cen, [circuli]
trum excentrici deferentis in alia medietate sui parui cir, [equantis]
culi supposita alteri medietati equantis quod propinquius sunt augi [circuli]
deferentis. Et quando centrum epicicli est in auge equantis [circuli] [super augem] [circuli] — Hic tamen autor quedam infert correlaria
tunc est in puncto deferentis qui maxime remouetur
a terra Et hoc potest esse in puncto maxime remoto
a terra Sed non potest esse in puncto maxime accedente
ad centrum terre quia quando est in opposito augis quod propinquius
sunt augi sui deferentis tunc ambo circuli sunt concentrici [circuli] [circulus]
Et tunc centrum epicicli est in ~~opposito~~ augis equantis [centrum]
Sed duo sunt loca in quibus centrum epicicli maxime
accedit centro terre et in aliis locis non potest accedere
tamen. Ista vero duo loca ponuntur prope oppositum augis — Hic autem tanta quantum videt
equantis terminantia lineas contingentes paruum cir, [loca]
culum super quo mouetur centrum deferentis et transeuntes per
centrum terre Cum enim centrum epicicli est in auge sta, [parui circuli]
tim incipit ire versus orientem in suo deferente
et sic centrum deferentis incipit ire versus occidentem
in suo paruo circulo. Et quando centrum epicicli est in ca, — Hic autor determinat duo loca in quibus maxime centrum epicicli appropinquat terre
pite linee contingentis quod caput est prope oppositum augis [augis]
equantis tunc centrum deferentis est in puncto contactus
occidentalis circuli parui cum ipsa linea contingenti.
Et tunc augis deferentis est in maiori remotione [circuli]
ab auge equantis Et tunc centrum epicicli in opposito
augis deferentis Cum tunc in maiori propinquitate [circuli] [est in maiori appropinquatione]
ad terram. Cum tunc centrum deferentis plus des,
cendit in suo paruo circulo Et plus remo[uetur]

Ista figura est de ista littera Et quando centrum epicicli [...] vera quod potest [...] hic ponitur



[...] contra figuram [...] et textum



op^ti augis a centro terre ipius deferentis quod facile
patz inspicienti figuram et intelligenti motum mercurii
Et quando erit centrum epicicli in illo arcu defe
rentis qui est inter duo puncta opposita vel capitalia
linearum contingentium que capita sunt propinqua opposito augis
equantis centrum epicicli semper erit in opposito augis defe
rentis Et hoc sequitur ex hoc quod quantum currit
epiciclus in una parte tantum currit centrum defe
rentis in alia parte ergo semper erunt in eadem li
nea transeunte per centrum terre et per centrum deferentis
Et tunc utrumque tamen appropinquabit centrum epicicli centro ter
re quantum appropinquat in capitulis linearum contingen
tium Medius autem motus mercurii et veneris et me
dium centrum et verum et medium argumentum et verum et
equacio centri in 2° et epiciclo Et ideo media
et vera equacio argumenti Et omnia ista sunt describuntur
in mercurio et venere sicut in tribus superioribus // Equa
ciones argumenti mercurii crescunt ut in tribus
superioribus centro epicicli appropinquante terre Equa
ciones autem que scribuntur in tabula sunt equaciones
ac si semper fuisset centrum epicicli in intersectione circu
li equantis cum deferente Cum enim centrum epicicli est
in auge stat motus versus orientem et cum intersectione
illa que est ante ipsum motus ad ipsum que accingunt
Et equaciones argumenti que ibi contingunt sunt continue scrip
te in tabula Sed cum contingit in alia parte centro
epicicli existente in aliis locis deferentis Et sumuntur
tunc equaciones argumenti per minuta proporcionalia Valere
quod sunt tria paria minutorum proporcionalium scilicet minuta propor
cionalia ad longitudinem longiorem et est excessus
linee exeuntis a centro terre ad centrum epi
cicli ipso existente in auge deferentis ad lineam exeun
tem ad intersectionem circulorum Excessus dicto diviso
in 60 partes et minuta proporcionalia ad longitudinem propinquio
rem sunt excessus linee exeuntis a terra ad inter
sectionem ad lineam contingentem ubi est maxima op

Determinat hic 2° quod in aliis locis ... appropinquat ad centrum terre centrum epicicli propinquius in istis locis duobus

Premissis veritatis ad sui expositionem ... sequuntur et dividit istam partem in duas partes quia primo exponit quod medius motus ... et verus ... que sunt vera ad ... verum motum et medium ... 2° ponit ea que sunt vera Et hoc ... absolute cum conditionali ~~...~~ ibi Equaciones argumenti

Exponit illa que sunt vera cum conditionali et duo facit quia primo exponit que sunt et ut sunt minuta proporcionalia 2° quid ... dyametri ... dyametri ecc...

cum conditione correlacione

scilicet quando contingunt ... quo movetur centrum deferentis ab oriente versus occidentem

propinquitatem epicicli centro terre Et ideo tria
in proporcionalia ad longitudinem accipiuntur ab eadem
loco usque ad oppositum augis equantis Cum sit linea ex-
cessus Quare mutantur in proporcionalia / Dividentur dy-
ametri maioris breviores duo e descriptione sicut
in tribus superioribus Veneris vero licet deferentem
et equantem dispositos sicut 3es superiores et in eo-
dem loco elevatur sicut eccentricus solis et centrum epi-
cicli sui semper cum medio motu sicut sol Quare medius motus
solis et medius motus eius eo quod linee exeuntes a cen-
tro terre cum distat due linee quarum una exit
a centro eccentrici solis per centrum solis et alia exit
a centro equantis per centrum epicicli // Deferens et
(ipsius Veneris) equans immobiles sunt nisi quantum ad motum octave
spere propter hoc ad meridiem et septentrionem ita ut
non aliquando deferens et equans in eadem superficie plana
scilicet sub ecliptica In brevi ab eadem linea versus
quos polos declinat deferens Et de hoc motu dicemus
in de latitudinibus Et omnia alia dicenda similia sunt
tribus superioribus

Sequitur de directione et retrogradatione planetarum
Planeta dicitur directus quando motus eius iuvatur (movetur)
(ab occidente in oriente) motu epicicli contra firmamentum // Retrogradus
(movetur scilicet ab oriente in occidente secundum ordinem) dicitur quando motus eius non iuvatur motu epicicli // Sta-
(in prima statione) (moveri cum firmamento) tio prima dicitur punctus epicicli in quo incipit retrogra-
(in secunda statione) (moveri contra firmamentum) dari planeta // Statio 2a In quo incipit dirigi // Lu-
(scilicet directe et retrograde) na vero non dicitur habere ista accidentia quamvis habet epi-
ciclum propter hoc quod semper tarde movetur epiciclus quia ipsa luna
dicitur tamen in superiori parte sui epicicli tarda cursu
et inferiori velox cursu // Statio prima in 2a statione
dicitur arcus epicicli cadens inter veram augem epicicli
et punctum stacionis prime in prima statione // Statio 2a in
2a acceptione est arcus epicicli cadens inter augem veram
epicicli et punctum stacionis 2e in prima statione // Arcus
(epicicli retrogradacionis) retrogradacionis est arcus epicicli cadens inter primam
stacionem et 2am // Arcus dico computatus per
oppositum augis et similiter scilicet oppositio medio stacio de dire-


Exponit illa in supponendum in tabulis ad habendum vero motus veneris

Preter


Propter quod exposuit ista que prius supponendum in tabulis ad habendum veros motus planetarum hic intendit exponere quod supponendum in tabulis ad habendum passiones predictas planetarum et eorum motibus ... Et primo ista que supponuntur in tabulis ad habendas passiones primas et ... aliorum planetarum a lunaribus

Presumit exposicionem dividit ista in duas partes primo exponit quid est statio prima et 2a in prima statione 2o exponit quid est statio prima et 2a in 2a statione ibi statio prima in 2a statione


Ista figura ptinet ad ista lram Venus h3



Ista figura ptinet ad ista lram quare ... ptinet ...



Ista figura ptinet ad ista lram Sequitur de directione



cione Et iste arcus est retrogradacionis in quo movetur secundum quod centrum epicicli accedit ad centrum terre que mutantur puncta stacionum Et si subtrahatur arcus prime stacionis a statione 2a remanet arcus retrogradacionis Et si subtrahatur prima statio a toto circulo remanet statio 2a Nam tantus est arcus a b c quantus est arcus a b c

// Medius motus cuiuslibet planete ad tempus quod non scribitur in tabula sic accipitur Accipe radicem in collectis annis Postea accipe eciam in expansis annis intermediorum qui sunt inter primum annorum collectorum et annum quem tu queris vel voluisti Et istud eciam extrahe de radice si fieri potest Si non addatur radici una revolucio 12 signorum Residuum est motus planete quesitus ad tempus preteritum // Media coniunctio vel oppositio dicitur secundum medios motus // Vera secundum veros motus visibilis secundum visibiles Et hoc attenditur in signo gradu minuto et 2° // Digiti eclipsium dicuntur duodecime diametri corporis lunaris vel solaris // Minuta casus dicuntur minuta celi que transit luna a principio eclipsis usque ad medium si non obscuratur tota luna vel usque ad principium totalis obscuracionis si tota obscurabitur // Et in sole minuta casus sunt minuta celi que transit luna a principio eclipsis solis usque ad medium // Minuta dimidie more sunt minuta que transit luna a principio obscuracionis eclipsium usque ad medium Et propter hoc si ista minuta dividantur per motum lune in una hora veniet tempus in quo tempore luna pertransit ea minuta // Minuta vel puncta residua dicuntur partes dyametri residue epicicli que sunt ab auge usque ad motum directum lune // Numeri qui ponuntur in lineis tabularum eclipsium sunt argumenta latitudinum inter se equipollencium et latitudinum equipollentes // Anni maiores ad numerum terre computantur Minores ad revoluciones minores // Medii sunt inter maiores et minores solis et lune // Maiores anni sunt centum eorum maiores Minores sunt minimi Mediocres mediocres // Tardi dicuntur planete minoris motus in minimi tempore

Hec exponit quod supponuntur in tabulis ad eclipses ... eclipsis ... in duas ... ibi digiti eclipsium [illegible]


Ista sunt nota ad cognoscendum eclipses ... eclipsis solis ... ibi digiti ... ibi minuta [illegible]

Exponit quid sunt minuta casus in luna et minuta casus in sole


Exponit supposita in tabulis eclipsium que vocata sunt solum ad eclipsim lune

De terminis de quibus numeris positis in tabulis eclipsium qui numeri argumenta latitudinum dicuntur

Exponit hec quedam ... tates planetarum ... in vero ad solis motum







qui sunt retrogradi. Veloces autem motu qui sunt direc-
ti. Aucti vero dicuntur cum equatio argumenti ad-
ditur super medium centrum. Minuti vero dicuntur cum subtrahitur.
Aucti lumine dicuntur cum recedunt a sole vel sol ab eis.
Minuti lumine cum accedunt ad solem vel sol ad eos.
Has proprietates et operationes planetarum et signorum
denominantur tali conditione quod semper fiet inceptio a so-
le quia nobilior planetarum. Ab ariete quia nobilius
signum. Et a media die quia est diei nobilior pars.
Et secundum situm eorum qui in medio mundi consistit.

Latitudo planete dicitur distantia ipsius a via
solis. Declinatio planete dicitur distantia ipsius
ab equinoctiali linea. Patet ergo quod sol non habet
latitudinem sed solam declinationem. Quam declinationem ac-
cipies in sole per distantiam centri solis ab intersecti-
one lineae. Accipies per distantiam centri corporis lune ab
intersectione prima quam facit circulus lune cum circulo
solis i. a capite draconis. Et accipies declinationem
eius ab orbe signorum scilicet a via solis. Et si fuerint
ambo scilicet latitudo et declinatio septentrionales vel me-
ridionales iunges utrasque et erit nobis declinatio
lune ab equinoctiali. Et si fuerint diverse subtrahes
minorem de maiori. Sic et in aliis planetis invenies
declinationem. Et nota quod ecentricus lune semper eodem modo
distat a via solis. Et epiciclus semper est in superficie
ecentrici. Quare luna non habet nisi unam latitudinem. Reliqui vero epi-
cicli inclinantur vel declinant ab ecentricis. Alia ex parte ecen-
tricus quod declinat a via solis. Et per tabulam binarii la-
titudo secundum epiciclum per tabulam quaternarii invenitur
latitudo secundum ecentricum. Et binarium quia habet duos in-
troitus. Quaternarium quia quatuor introitus. Et tabula bi-
narii facta est ad medietatem circuli. Et quaternarii ad quar-
tam partem circuli. Item tabula binarii est ad 6 signa
scilicet quilibet tabula suo signo. Et tabula quaternarii ad
tria signa scilicet quilibet tabula uni signo quia deserviunt
illorum signis per equipollentiam. Sic tabula binarii duo-
bus signis secundum equipollentiam. Quarta vero tabula bina-
rii est ad epiciclum. Ideo intratur in eam cum argumento

Et hoc fit quando movetur planeta ab auge epicicli usque ad oppositum augis epicicli et hoc solum in quinque. Luna cum fit equatio

quando movetur ab opposito augis epicicli usque ad augem

quia primus est primus motus planetarum qui incipit ab oriente

Postquam autor exposuit illa que supponuntur in tabulis ad habendum veros motus planetarum in longitudine et supponuntur ad habendum passiones contingentes motibus contingentibus in ista parte exponit illa que supponuntur in tabulis ad habendum veros motus planetarum in latitudine

Prima quam facit circulus solis cum equinoctiali in principio Arietis. Latitudinem vero

In quo est luna et in eadem hora accipies latitudinem lune ab orbe signorum

Alii autem quinque habent duplicem latitudinem unam


Concludit quod 360 gradus sunt et dividitur in 4 partes sunt quia tres gradus continent

vero Et quia tabula coequacionum ad centrum Ideo in-
trat in eam per distantiam a nodo capitis draconis
Et latitudo que scribitur in tabula binarum est distancia
puncti transfeccionis epicicli ad circumferentiam ecentrici
distantiam circuli computati versus viam solis que
dicitur ecliptica quia in ipsa vel prope contingunt eclipses
solis et lune Inclinatur autem epiciclus ab ecentrico
ita quod semper erit planeta inter eclipticam et centrum
epicicli nisi cum centrum epicicli sit in capite vel in cauda
draconis Tunc enim epiciclus est directus in ecentrico
Et quando est in auge epicicli tunc maxime declinatur
planeta a via solis Quare tunc maiora inveniuntur lati-
tudo in tabula binarum In locis vero intermediis
quia mediocriter declinat planeta mediocres inveniuntur
latitudo Et latitudo que scribitur in tabula coequaciona-
rum est distantia circumferentie ecentrici a via solis que
distantia est parvula cum est prope nodos Et maiora cum
in locis remotis a nodis per tria signa Et propter hoc
inveniuntur tabula coequacionum latitudo a principio minores in
fine maiora Et in medio mediocres Patet ergo quod
invenitur istis duabus latitudinibus fieret vna subtrahen-
da est ab altera Compositor tamen ad ostensionem sui
magisterii noluit ponere duos numeros veros lati-
tudinum predictarum In quibus vnus subtrahitur ab altero
Sed posuit numeros equipollentes In quibus si divi-
datur vnus per alterum idem proveniret quod proveniret
si vnus verorum numerorum subtraheretur ab altero Eidem
subtractioni equipollet aliqua divisio Et econverso
Idem enim est si dividas 60 per 30 ac si subtrahas
duo a 4or Et tamen dividitur vna latitudo per aliam
Cum vero centrum epicicli est in nodis tunc nulle sunt lati-
tudines Tunc enim directus est epiciclus in ecentrico
Et centrum epicicli in via solis Et communiter quando si
in tabula non sit numerus veri Patet per hoc quod in ta-
bula Mercurii invenitur latitudo xx sex gradibus
Et fieret aliquid extra zodiacum tamen per divisionem istorum per
alterum provenit vera latitudo eius Et hoc quod dicitur
approbabitur per tabulas latitudinum in integris Et si

Hic autor notat tamen questionem vnde et

Hic autor solvit questionem quare noluit ponere duos numeros veros latitudinum et dicit

quia sunt contingentes



Inveniatur [tabula] in quibus sit subtractio vel additio sit loco [illud]
divisiones. Et dicitur Item si tu dividas latitudinem Veneris per
primam que computanda est latitudo a via solis [ab ecliptica] et secundum
primam per secundam computandum est a limbo zone [ab extrema parte] et tota sit
latitudo duorum graduum secundum secundam computationem quinta est
alterum eorum graduum secundum aliam computationem. Caput autem
et cauda Veneris et Mercurii moventur. Et ideo aliter
invenitur quantitas latitudinis in tribus superioribus [scilicet in Saturno Jove et Marte] et a-
liter in istis duobus [scilicet in Venere et Mercurio] Caput enim et cauda Mercurii
et Veneris moventur tali proportione. Item verus locus capitis
Veneris et Mercurii distat ab eius [scilicet a Venere et Mercurio] tantum quantum et
verus locus capitis scripti in tabula seu in annis
distat a loco qui fit in medio motu solis et argu-
mento, id est centro. Ideoque addimus equationem centrorum
centra medio motu solis. Vera loca capitum
dicuntur computata ab ariete secundum successionem signorum
scilicet Aries Thaurus Gemini etc. Medii cursus ca-
pitum dicuntur computati contra ordinem scilicet Aries Piscis etc. Qua-
re medium capitis cum vero capitis faciunt 12 signa
Et si subtrahimus medium cursum capitis [decursus] de 12 signis
remanet verum. Compositores tabularum super
Arym [a centro civitatis] dicuntur fuisse Nemroth Hermes Prominus
Ptolomeus Albategni Albumazar Algorismus
Arim [civitas] distat ab utrisque gradibus scilicet Alexandri et
Herculis equaliter distat enim a gradibus Alexandri
positis in oriente 90 gradibus et ab utroque polo
90 gradibus. Et qui vult mutare [constituere] tabulas ad alia
loca ab Arym [a sua civitate] subtrahat diversitatem vel addat tempus
in annis collectis equationis planetarum ad meridiem
Arym vel prius inveniat ascendentes ad horam et ad tempus illud
Et qui hoc vellet scire ponet gradum solis in linea
meridiana [in equinoctiali] et locum almuri notet in gradibus limbi
et faciat eum transire Arym vel prius vel retrorsum vel
quod idem est totiens 15 gradibus quot horas habuisti
Arym meridiem in medio celi si equaveris eam per tabu-
las alicuius regionis scies distantiam inter regiones
ad dextra locorum linee. Et non oportet te expectare eclip-
sim si acceperis altitudinem meridiei limbi sed et linee

Ponit diversitatem inveniendi arcum
latitudinis in tribus superioribus
et in duobus inferioribus

Hic autor docet
tabulas constitutas
super Arim ad alia
loca mutare

Hec pars in qua ponit alias
que supponebant per tabulas
ad gradum verum motus planetarum
et passionum eorum motibus generan-
tes in tabulis dici constitutas
ad aliquem certa loca ponit modum
quod dicunt per tabule ordinate ad
gradum verum motus planetarum ad
aliquem certa loca possunt ordinari ad
gradum generalem verum motus et passionum
ad omnia alia loca et hoc est
quod ponit modum quod tabule or-
dinate ad unum locum possunt or-
dinari ad aliud locum et ponit
generat tabulas magis famosas
constitutas super locum certum et magis
famosum et docet tabulas sic
constitutas ad loca alia transmutare

in dorso astrolabii et altitudinem superioris limbi et
notauere motum allidade scilicet quantitatem dyame-
troram solis et luce et conspicies solem mente aliquo
parumper // Nota quod augem dicitur moueri contra
orientem a 3 gradibus in 900 annis et totidem versus
occidentem in aliis 900 annis et modo sumus in primo
motu. Item dicitur moueri ab albategni in 60
annis et 4or mensibus gradu uno scilicet versus orientem
// Item notandum quod dicitur quando sol fuerit in medietate
ecentrici sui in maiore motu a terra scilicet in longitudine
longiori magis eleuatur allidada in dorso astrola-
bii quam quando solis in eodem puncto super almancantha-
rat in meridie quam quando sit in reliqua medietate
ecentrici. Et quadam die erit distantia aut inter
hanc altitudinem in eadem cum sol in auge ecentrici
in meridie prima dicta et quanta erit distantia
tanta erit ecentricitas solis et duorum graduum
fere. Et quando uidere plus tenderet infra locum
super quem cadet si gradus solis ponetur super capite
unius super almancantharat in tantum erit falla hore
tue accepte hoc modo considerato in uno anno
meridie. Et in quo die anni sit sol in auge et quantum
eleuatur sol super allidadam et in futuro anno // Si
quanto plus eleuetur in eadem hora habebis quantum
aux sit mota in uno anno. Et hoc modo fertur dicatur
albategni inuenisse quantum mouetur augem plane-
tarum in anno mense et die adhuc apparent et ha-
buit magnum astrolabium dyametri vicesima trium cubi-
torum ad aperte quantitatis

Aspectus planetarum sic potest inueniri intretur
cum gradu coequationis cuiuslibet planete in tabu-
lam aspectus signorum in circulo directo qui
incipit ab oriete et gradum inuentum sub sig-
no gestanti ipsum planetam seruetur. Deinde intre-
tur cum gradibus coequationis cuiuslibet alterius et inuen-
tum gradum similiter sub signo gestanti ipsum accipiatur et isto-
rum duorum inuentorum sic acceptorum minorem a maiore de-

Interlinear glosses: "inuenerunt per medietatem eius corporis"; "scilicet ab oriente"; "scilicet ab oriente"; "999 sit ab occidente in oriente"; "scilicet ab occidente"; "medietatis"; "remotiori"; "regula ante scilicet sol"; "per maiorem altitudinem quam quando"; "scilicet ecentrici"; "oscillatione astrolabii"; "et tabulas ad hoc composuit"; "equatio aut cetera"

Margin notes:

Postquam autor premisit exposuit ista que supponuntur in tabulis ad quendam modum huiusmodi uel loca planetarum in 8ua spera in parte illa exponit ista que supponuntur in tabulis ad quendam modum motus uel loca ipsorum in qua spera et quia exponit ista que supponuntur in tabulis ad quendam motum 8ue spere in 8ua spera esset mobilis aliquando quandoque uersus ad aliquam partem tum quando et uel hic motus aliquam planetarum in 8ua spera ipse eius motus in nona nunc aut non mouetur eundem motum ut ad eandem partem motus aut 8ue spere circa motus augium secundum quorum doctrinam quantitas talis motus quantitate motus augium nobis innotescit et patebit infra

Hic autor volens exponere quantitatem motus 8ue spere exponit quantitatem modum altus augium et primo exponit quantitatem motus secundum diuersos motus augium

Et ponit modum inuestigandi quantitatem talis motus scilicet augium

Dat modum inueniendi quantitatem


Approbat illud modum auctoritate albatani

Premissis singulis motibus planetarum et augium hic volens exequitur intentionem suam in aspectibus planetarum


matur ☌ ✶ si extiterunt ultra per distantiam erit sexti-
lis aspectus: aspiciunt se illi duo planete sexti-
li aspectu si remanserint ultra per distantiam erit aspectus
quartus Si remanserint tot gradus quot complent 3ᵃ per
distantiam erit trinus aspectus Si remanserint medietas
erit aspectus oppositionis Si plures gradus remanserint non
aspiciunt se planete Si vero nichil remanserit erit
tunc ipsi planete uniti corporaliter Si remanserit tot gra-
dus quot compleret alterius splendor erit uniti lumine
planete et non corpore


Explicit feliciter theorica planetarum

Theorica trium superiorum ad iiii proportionalia





Theorica solis







Teorica Lune







Theorica triu supiore






Theorica Mercurij







Theorica lune




Theorica lune
ad aq̄ proportionalia



Theorica Mercurii ad an. proportionalia






scilicet est

Item Anno 1481 completo caput arietis octave spere a capite arietis primi mobilis fuit in 29 19 gradibus 38 minutis 32 2° caput autem arietis 9e spere fuit in 10 gradibus 44 minutis 29 2° arietis primi mobilis caput vero octave spere fuit in 8 gradibus 53 minutis 42 2° arietis 9ne spere latitudo capitis arietis 8ue spere ab ecliptica none spere et primi mobilis 2 gradibus 12 minutis 49 2a versus septentrionem Intersectio ecliptice 8ue spere cum equatore fuit in 28 gradibus 3 minutis 54 2° piscium primi mobilis Vel in 1° gradu 24 minutis 11 2° ecliptice mobilis sive 8ue spere

Item 1488 completo caput arietis octave spere est in 19 gradibus 39 minutis 8° 2a arietis primi mobilis caput et in 8 gradibus 53 minutis 12 2° arietis none spere et ipsa nona spera in 10 gradibus 44 minutis 46 2° arietis primi mobilis Intersectio ecliptice 8ue spere cum equatore in 28 gradibus 4 minutis 8 2° piscium Vel 4 gradibus 48 minutis 42 2° piscium ecliptice 8ue

motus verus stellarum fixarum anno 1491 3° 19 gradus 20 minuta 14 2a 3a



Circa initium
spere materialis

Quia presens sciencia est introductoria ad astronomiam vel ad partem eius principalem, ideo primo videndum est in generali de astronomia quid sit et de eius divisione.

